

## Band III., Nr. 881, Seite 379

*Bischof Heinrich von Konstanz beauftragt den Dekan in Kemnat und die Plebane von Esslingen und Nellingen, den Propst und den Konvent in Denkendorf gegen widerrechtliche Eingriff in deren Güterbesitz, insbesondere von Seiten der Bürger in Esslingen, zu schützen.*

Konstanz, 1236. Mai 25.

H. dei gratia episcopus Constantiensis, dilectis in Christo, . . . decano in Kemnaton, de Ezzilingen et de Nellingen plebanis, salutem in domino. Dilecti in Christo, prepositus et conventus in Denkindorf, gravem in nostra presencia deposuerunt querelam, quod quidam laici, non solum nobiles set et inferiores, maxime cives de Ezzilingen, ipsis in bonis ecclesie sue graves et iniuriosi existant, rapinis, talliis, exactionibus indebitis ipsorum predia onerantes. Quia vero prefatis preposito et capitulo de Denkindorf difficile est, propter loci distanciam, sepius ad nos querelando recurrere, nos, utilitati ipsorum paterna provisione prospicere cupientes, per presens scriptum vobis damus in mandatum, firmiter precipientes, quatinus, si quam predicti fratres ad vestre discussionis examen super dampnis et iniuriis a quoquam illatis defferendam<sup>a</sup> duxerint questionem, vos eisdem, auctoritate nostra citatis partibus, non differatis iusticie plenitudinem exhibere. Statuentes, quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, cogantur per eandem censuram veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. <br> <br> Datum Constantie, VIII. kalendas Iunii, pontificatus nostri anno secundo.

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An einer roten Seidenschnur hängt das länglich runde bischöfliche Siegel auf braunem Wachs. Bild: Der Bischof im Amtsschmuck sitzt auf dem mit Hundsköpfen und Hundstatzen verzierten Stuhl mit Fußbank, den Krummstab in der Rechten, das herauswärts gewendete offene Buch in der Linken haltend. + *Sigillum* HAINRICI . conSTANT . . NS . EPiscopI. (Die E gerundet.)

---

<sup>a</sup>Lies: *deferendam*.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 480 U 470

**Editionen:**

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 9, Nr. 881.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Konstanz

**Aussteller:**

Heinrich; Bischof von Konstanz (1233–1248)

**Ortsindex:**

Denkendorf Wohnplatz (319)<br> Denkendorf, ES<br> Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)<br> Esslingen am Neckar, ES<br> Kemnat Wohnplatz (542)<br> Kemnat, Ostfildern, ES<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Nellingen Wohnplatz (545)<br> Nellingen, Ostfildern, ES